

Magistrum constituit scientia & eruditio. Hac arbitrabatur homo, sed turpi errato; quoniam reusque opera, & venerabatur verba. In Christi schola, ut forma Christi servetur, non forma verborum, sed materia iuxta prescripta a magistris observatur: & Christus asserit bene se vocari magistrum, ubi doctrinae novae dedit exemplum; etenim non doctus, doctus contemplator legis, sed factor operis.

15 Nota singularem exhibitam Joanni visionem, ut discant predicatoris sequi magistri virtutem. In medio septem candelabrorum aureorum visus est similis filio hominis, cuius vox insignis: ac in indicem fructuose predicationis, *Habebat in dextera sua seplis septem, & de ore eius gladius utraque parte acutus exibat.* Permutantur profecto altorum, gladiique loca, ac aequo non eminent predicationis insignia. Os origo verborum est, vel officina, qua ratio exprimitur verbis, scientia & eloquentia merito lucidis. Manus apta offensionis, & defensionis, ut instrumentum corporis usibus agile. Quare ergo gladius in ore, ac in dextera manu stellarum? In ore gladius acutus, quem manu regere congruit; non erit loqui, sed verbis percutere, & sermone vulnerare. Hoc plerumque plaudunt audientes, studiosi novitatis: igitur si deficit manus ad vindictam iniuriarum, & in ore concionatoris haeret & gladius & telum: Saep enim pro verbis vibrat sagittas, & pro rosas insulse loquitur lanceas: quandoquidem quasi esset lectum in audientes improprium; in suggestu impudens petulans audet, quod descendens non auderet. Unde corda obdurescunt compuncta a predicatore, quae emollescunt, si compunguntur a crimine: etenim in eius ore & lingua loco divini verbi, refidet utraque parte acutus gladius audaciae. Zelo facit legis Dei? Creperum sane: verum si fecerit imprudenti, & stulta cogitatione; haudquam erit zelus, sed dumtaxat in verbis, seu pro verbis gladius acutus. Non huc intendit visio. Ergo propositum.

16 Habebat doctor in dextera splendorem stellarum, ac in ore nitentem gladium acutum. Manus operationi deservit: & manus dum loquitur tantummodo lucet; quia doctor non clarescit rutilo splendore verborum, sed per virtutum exemplum. Gladius inest ori concionatoris, ut trucidet monstra iniquitatum, gladio ancipite verborum, ne regnet peccatum in mortali corpore, in audientium mente, quod quasi serpens fovetur in sinu: tuncque stellarum septem lux collocatur in manu, destinata ope-

ri ex predicatione verbi & quoniam ni in concionante verbi viderint audientes exempla, haud a cordibus expellet semel admittit peccata. Lux in predicatoris manibus, quippe illuminat errantes nitidis operationibus. Optime increpat & arguit, dum ita lucet: contraria facienti ipsis exemplis sagittas; & transadigit, dum clamat: igitur cuspis haud acumine valetior in penetrabilia cordis, quam vita consona verbis, & exemplis predicantis. Aures uti gladius acutus penetrat verbum: exemplum patet ad oculum: ac in manu effulgunt stellae eloquentia lucis, quoniam non predicat, qui philosophatur verbis: etenim ut canit Horatius de *Art. Poet.* v. 180.

Segnius irritant animos dimissa per aures, Quam qua sunt oculis subiecta fidelibus, & Ipse sibi tradit spectator.

DIDASCALIA V.

Nostrum Manna verbum Dei est.

1 Per proprie & feliciter enunciativum Origines Homil. 3. in *Numer.* Verbum Dei adinstar mannae caelo deferitur: igitur si ad quod quisque volebat, convertebatur; conditio verbi Dei, quasi panis, qui de caelo descendit, uniuscuiusque deservit voluntati. Verbum indifferens est, est tantum quod quisque vult: siquidem in corde seminatur, ad modum recipientis recipitur; ac sicut nobilissimum manna, alios compellit in nauseam, alijs confert vitam, aliorum est alimonia, & materia nutritionis; atque etiam alijs convertitur fax in vermes: mors est malis, vita bonis, venenum, antidotum, Circes poculum, alexipharmacum, vomica pectoris, panchrestum cordis, radix amaritudinis, & omnis delectamentum suavitatis: in ruinae denique & resurrectionem multorum iuxta complexiones suscipientium: igitur ut canit Iuvenius lib. 1. *Evang. hist.* v. 237.

Ad populi casum datur. Iste renasci Concedet populis, illi signum esse negabunt Faderis, hi contra caelo venisse tenebunt.

2 Sermo divinus in terra pectoris, *Sicut margarita inclusa coelestis:* astruit Chrysothomus Homil. 24. in *Matth.* Semini confertur a Christo, margaritis a Chrysothomo: clarescit concurs diversitas proprietatum, si conceptionem contempler unionum.

Conceptio uniuersalis.

Plin.

Deut. 32. 2.

Origines

Predicationis stertilitas vel fecunditas unde

Iuven.

Chrysoth.

Ubi

*Ubi genitalis anni stimulerit hora, pendentes sese quadam oscitatione; impleri roscido conceptu tradunt, graviditas postea emittit, partumque concharum esse margaritas pro qualitate roscis accepti: si purus instulerit, candorem conspiciet: si vero turbidus, & fetum foetescere, eundem pallere caelo minantur conceptum. Inde nubilum trahit colorem, aut pro qualitate matutina serenam. Si tempestive satientur, gramdescere & partu; si fulguret, comprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si vero tonuerit, pavidas, ac repente compressas efflorescere, specie modo inani inflatam sine corpore: hoc esse concharum abortus &c. Hac Plin. lib. 9. cap. 36. Eadem Athenaeus lib. 3. Guelmus Rondeletius de *Pisib.* p. 2. lib. 1. cap. 52. Aristotel. lib. 4. *Hist. Anim.* cap. 1. & 4. atque *Elia.* lib. 13. cap. 36. Quasi Ros fluit eloquium de caelo oris concionantis, ut concluditur in concha pectoris pretiositas estimabilis unionis: igitur quod in ore est roscida gutta, patet margarita in concha. Aliquando caelum tonat, quia supplicia in peccatoribus minatur. Interdum fulminat, quoniam penis corda & corpora gravat. Serenum fulget, dum virtutibus premia proponit. Nubilum nitet, ubi etiam cordis imperfectiones igne purgandas ostendit. Ros in pectore pallit pro tempore vespertino poenitentiae, & candicat matutina qualitate. Grandescit virtus, si faciatur tempestive: minuitur, ubi cor alijs humoribus implicatur; ac denique si tantum, recipitur aure, intumescit in speciem margaritae, sed inanem proorsus & inflatam sine corpore; quoniam momenta pretiositatis, non pro qualitate roscis, sed pro qualitate roscis accepti, dum concipitur in corde; etenim in illo pretiosum vel non pretiosum iuxta qualitatem recipientium.*

3 Patet similitudo roscis & feminis apta, dum sermo Dei fecundare hominum sollicitat corda: quandoquidem sicut pretiosum vel vile non est ex rore; fecundum & sterile non est ex semine: igitur iuxta condiciones telluris eorumdem, verbum Dei adest indifferens, parvum, multum, nullum fructum. Succinit floride qui *supr.* lib. 2. v. 745. *Ecce satis proprio commendat semina ruri, Illa cadunt diversa solo, sortemque locorum Pro virtute ferunt.*

De Sara dicitur *Sterilis erat & infecunda.* Nonne laborat infecunditate, quod est sterile? Non. Semen est verbum Dei: non est sterile, sed laborat sterilitateque fecunditate; igitur quod summe fecundum, est infecundum pro sterilitate cordium.

Genes. 11. 30. Arab.

Fecunditas vel non fecunditas non est ex feminis.

4 Semen mendax dicitur ab Isaa. Argumentum difficile. Non potest esse mendax, quin sit aliud. Quo ergo pacto & aliud & ipsum? Dum est quod est, non est mendax, nec est mendax, si aliter quam excogitatur, est; igitur esse proprium est esse aliter. Qua igitur lege si semen verum, degenerat dicitur, & respondens conditioni, repugnavit veritati? Semen agnoscitur verum, si iuxta genus suum refert seminanti fructum. Ex fructibus cognoscitur, & mendax merito dicitur; quoniam si semen triticum, fructus sunt folium. Ideo *Fructus mendax*, legitur ab aliquibus. Aptè quidem quasi expositio: ne igitur ex semine bono ex selecto nobili grano, ex generosa stirpe, ita degenerat a femine, ut ipsa tantum plenissime spicas, semen in fructum evanescat in herbas. De spinis minime nascuntur uvae, nec ficus producat tribuli; sed tribulus saepe producitur a sicu improbo labore calta, ac ex uva nascitur spina undecumque virulenta: etenim vel vinea electa expectata est, ut faceret uvas optimas, & fecit degeneri generatione labruscas. At hoc late de Monachis imperfectis hic *Tautol.* 6. *Didasc.* 6. a num. 7.

5 Causa inquirenda. *Plantarum, seminum & hominum mores solum emulari:* dixit ex *Cyrotom.* 1. *Tautolog.* 4. in *Exposit.* lib. num. 46. videntur quippe telluris conditione, fructus omnino a femine degeneres fieri. Vide Plinium lib. 18. cap. 10. Columell. lib. 2. cap. 9. & Alapid. in *textum praefatum Evangelic.* Vatis. Hoc patet enodatio difficultatis de mendacio & veritate feminis. Semen verbum Dei est, quo intenditur modo animarum libertas, ac post in gloria pro fructu iucundissima felicitas. Evanescit sane seminantis bonum semen, predicationis propositum; ubi cogitat ex femine feminato legere fructum: vocaturque semen noble, mendax, dum fructus fallax; quoniam bonum & purum seminat in aere, & pravum valde invenit in corde.

Verum unde feminis puri corruptio, ut tanta fiat in fructu degeneratio? A terra cordis audientis, & a pravitate cordis: igitur in pectore fardo, vel aures obturante, semen non est mendax, sed sterile; quia dum seminat non suscipitur, imò propositum conculeatur. Semen invenitur verum, si iuxta genus fert fructum, quia in sui naturam convertit tandem tandem fatum solum: & dicitur semen mendax, ubi fructus ita a femine fugax, quod terra ubi suscipitur non convertatur in naturam feminis, sed semen transeat in conditionem telluris. Haud aliter mores. Corruptum grana, de-

Isai. 37. 4.

Semen verbi Dei verum, fallax in terra coram.

Qua de causa

Depravat feminis.

Non magister, con templator legis, sed factor operis.

Apoc. 16.

Modestia in concionatore necessaria.

Exempla in concionatore illuminant errantes, & ipse lucet splendore operationis.

pravitata femina : igitur imitantes solum, dum semen optimum optime fatam; verbum convertitur in pravitatem cordis, quod converti intendit cor in conditionem radicis. Araneam emulatur cordis concepta malitia, hauriens venenum ex rosa.

6 Celebris, est non perpenfa, phrafi pravitatis cordis in Scriptura, quam quidem vividè exprefit geminatione nova Ieremias, ubi fape malitiae cordis iungitur pravitata. Non audierunt (ait) neque inclinaverunt aurem suam; sed abierunt in voluntatibus, & in pravitata cordis fui mali. Non audierunt audientes, quoniam voci Prophetae non inclinaverunt aures: igitur nec audit aure, qui audita fape renuit recipere corde. Semen verbi cadit fecus viam, ubi audientes non audiunt: supra petram, ubi declinatione aurium, verbum intelligere nolunt: ac denique in spinis, ubi ambulaverunt in pravitata cordis. Caterum perpende. Si dixit: In pravitata, quasi summa malitiae, ad quid Cordis sui mali? Cor improbum non est malum? Non erit malum cor pefianum? Urique: Quid igitur Vates intendit geminatione, ingens pravitatem malitiae, ac malitiam pravitati? Ni fallor, impossibilem conversionem cordis, tumdentis mœnia rationis, arietè malignitatis, Cor malum converti potest ab affectione malitiae: cor pravum nequit converti. Malum potest esse bonum, verum minime cor pravum. Pravitata est, quae bona corrumpit, & ita in sui conditionem retorquet (ad instar ignis in se convertens omnia, sed inconvertibili flammâ) ut potius & prius extinguatur, quam mutetur: additurque ubi intervenit malitia, pravitatis cordis forma: ut innotescat eius immutabilis natura: igitur malum transit ad bonum convertum in bonitatis oppositae conditionem, & pravum convertit optima in affectum pravitatem.

Clarius. Malum cor fape conteritur, pravum conterit: non convertitur, convertit. Malum fit bonum, si bonitatem induit; pravum verò nunquam pravitatem exiit. Quid mirum, quod sanari nequeat medicina, si facit ipsa medicamina venena? Quidquid venenosum, non dicitur alimentum; quoniam in aliti non convertitur naturam: alimentum autem non venenum, quia in aliti permuratur substantiam: peperamque cibi generositate peccoris pravi intenditur moratio; ubi non est veneni, sed in venenum conversio. Bonitas cibi vincit frequenter in morbis malignitate stomachi. Siquid apparet salutis, ubi aliquid cedit ef-

Ier. 7. 24.

Diverfitas au-
dientium
verbum
Dei.

Cor pravum in-
conver-
sibile.

Facit
ipsa me-
dicami-
na, venen-
da.

ficaciae medicaminis: sed respuit levem valitudinis indicem, dum bonitatem cibi affectio convertit in stomachi pravitatem.

7 Uterius. Sermo Dei, quem refugiebat auditus, plauditur à Siracide Panis vita & intellectus. Modò notat Ieremie auctoritatem & stylum, ut scias unde cor inconvertibile ac pravum. Intellectus trahit res ad se, non trahitur: voluntas verò non trahit, sed tantummodo fertur. Intellectus res quasque trahit, quoniam quodammodo in se convertit. Voluntas non trahit, sed trahitur, quippequam in amata convertitur. Qui non audierunt, nec aures ad sermonem inclinaverunt, ducti pravitata cordis & affectionibus, Abierunt in voluntatibus. Ecce origo feminis mendacis, in fatione uberi praedicationis, dum Dei verbum seminatur uti granum in terra cordium. Est panis intellectiois, & fit sermo voluntatis. Semen rutilat bonum, sed terra fata cor pravum; quo fit mendax, fugas atque fallax, efficac & penetrabile verbum: liquidem cor non convertitur in verbum optatae salutis, & semina vertitur statim in virulentam pravitatem cordis. Semen non trahit, sed trahitur; & quò trahitur, convertitur, cum trahere debeat conditionem telluris in feminis conditiones. Cor non fertur, quia verbi efficacitati resistit, & convertitum convertit. Transferunt in affectum cordis, quae erant grana veritatis. Fit profectò toxicum, quod ministratur cœlicum alimentum: transit enim in pravitatem cordis, nobilis natura feminis, in homine malevolò omninò mendacis: quippe si intervenit in fatione telluris pravitata, vel selectissimum granum convertitur in spinas.

8 Semen, quod verbum Dei, & cecidit fecus viam, supra petram, & insuper inter spinas. Unde, ut ait divinus N. Soter & Sator, Simul exorta spina suffocaverunt illud. Difficile prorsum. Si cecidit semen nobile super spinas; quo pacto spinas dicit, simul cum femine natas? Quid hoc? Non super spinas cecidit, si cum illo natae sunt. Non spinae antequam nascantur, non sentes ubi fationi preparatur solum. Quomodo ergo inter spinas cecidit, si non erant in fatione; vel si erant, simul exorta cum femine? Oritur quod seminatur utique, sed hic non oritur, quoniam tellus vitiat femina, & depravat grana. Nascitur quod fertur in terra bona, & cum usura fructus, quia terra adatur conditionis feminis, & minime semen qualitati telluris. Unde hic merito dicitur, quod simul exorta spinas, quae nequam seminatae; quoniam femina accipiente

Ecli. 15 5.

Sermo Dei trahit ad se voluntatem suam audientis.

Ubi supra.

Quem depravat malignitas cordis.

Luc. 8. 7.

Et convertit in vepres.

Verba arundinis tremulis ibi surgere lucus.

affe-

affectione pravitatis, vel selectissima una convertit in vepres.

Senec.

9 In hac arte vivendi turpior voluntatum culpa est: exclamat Seneca Epist. 95. Semper lamentum inest erroris, sed amplius qualitatis, quoniam error est voluntatis: igitur semen nobile in fructus virtutum facinorans animas à pravitata intentionis convertitur in spinas. Lapis Lydius est praedicator, quae probantur corda, sicut in illo metalla. Infaustum sanè, quod in pretiositate nulla inveniantur momenta. Lezna est quae catulos rugitu suscitatur, ac in praesentia audacter excitat. Clamor qui auditur à corde, & contrum indeclinabili fulmine. Proh dolor! Quod resistit, fulmen vincit, & modò fulmen voluntariae resistit cedit. Urta est, quae catulos conceptos iterum parturit, ac ore perpolit, quia format inertes, & fingit informes. Ita Otho Venius Embl. 29. Amor.

Symbola Praedicationis.

Urta novum fertur lambendo fingere factum Paulatim, & formam, quae decet, ore dare. Sic animam, ut valde sit cruda, sit aspera, concio Blanditijs sensim molle, & obsequio. Verbum odurantur facies supra petram, neque recipiunt formationis formam. Supra petram, ad instar Draconitis (de qua Erasmus in Siml.) quae nec cedit arti, nec vulnere: imò vulnerat artificem, si intenderit impressionem.

Oth. Vno.

Sic animam, ut valde sit cruda, sit aspera, concio

Xer. 5. 3

Quid insipis Draconitis

Veritas in aula dumtaxat per Symbola.

Ovid.

Indiciumque suae vocis tellure regesta Obruit, & seroebibus tacitis discedit operis. Creber arundinibus tremulis ibi surgere lucus

Capit, & ut primum pleno maturuit anno, Prodidit agricolam, levi nam motus ab Austro Obruta verba refert, Dominique coarguit aures.

Verba telluri credita, in arundines igitur sunt ad exemplum mutata. Haud fatum semen arundinis, sed dumtaxat à perfectioe veritatis; & vitio deformium aurium ita depravatur verbum; ut pro fructu iuxta conditionem radicis, semen evanescat in herbas, in paleas, in arundines, & vepres. Nota Arund-

dines. Ecce nomen equivocum: & significat cannas, & sagittas.

Perque uterum fontem, perque illia venit arundo.

Canit Virgilius Aeneid. lib. 7. v. 499. de quo Nos alibi scribo. Malum quod fructiferum salutareque verbum convertatur in quasi vacuum arundinem; sed turpe, quod quasi sagitta torquetur in concionantem.

11 Alijs etiam causis ager cordis scaetet herbis; quippequam fructus feminis transte studio in fructum curiositatis. Aëris avidus dant nudam semina praedam, His saxosus ager simili levitate virefcit.

Canit Iuvenus ubi supra. Non fructum ager aëter, sed tantum radice vit oscit; quia cor aures haud preparat ad Quod, sed per quem, qui rapit cum admiratione cor. Taret ergo concionantis vanitatem, & audientium puerilem admirationem Claudius Mimos in Notis ad Epist. 26. lib. 9. Plinij. Ita enim verè Mimos & censor in utraque, nescio, quo spirite, invenitur. Si transferis per basilicam, & videtur aliquem recitantem, & scire velis qualiter, & ipsa dicat; nihil est, quod tribunus ascendas, nihil quod praebes aures: illam autem scias pefissime dicere, qui laudatur maxime. Hoc omninò insulsum & infructiferum, ubi in cordibus seminatur nobile caeleste verbum: quandoquidem fructus & fructus uberior, ubi in auditione verbi non auditur praedicator.

12 Qui docuit feminare, etiam docuit audire. Post prolatae parabola feminis, priusquam aperiret arcana interpretationis, audientibus ita dixit: Qui habet aures audiendi audiat. Quis non habet aures audiendi, qui accedit audire? Quisquis accedit curiose: igitur non intendit in semen, sed tantum in novitatem. Quicumque audit superbe, superciliosè, vel fatidè: quippe ad audiendum non accedit auditor, sed Cato barbatus, stolidissime ventor. Qui accedit frigide, habet aures: verum non aures audiendi: etenim magis rapiuntur facilitate splendoris, quam nobilitate feminis. Accedunt multi audire, & creperum si habent aures audiendi. Accedunt audire non quid dicit praedicator, sed quis praedicator dicit: quasi semen esset aliud in Paulo, & aliud sanè in Apollo, quod minime est doctrina, sed zyzania; quibus fraudantur à perfectioe verbi vanità corda. Non modus inquirendus, sed utilitas, si fagine cupiunt paulo caelico famelicis animas: & ne priventur huiusmodi utilitate, audientibus commendantur aures audiendi: quippequam vel audiens despiciat semen; qui dum au-

Virg.

Et mutetur in sagittas.

Iuven.

Non solum res ali-2 quanta sollicitam de in concio- ne.

Claud. Min.

Uti plus admirationis, est magis frigiditatis.

Luc. 8. 8.

Audiendum in concione quid dicitur, non à quo.

Senec.

dit, audit tantum eloquenter seminantem. Claudat argumentum Marcus Seneca in Proem. lib. Controvers. ubi: Nihil est iniquius his, qui nunquam putant esse subtilitatem, nisi ubi nihil est praefer subtilitatem.

13 Pater modo in insigni predicatore fructus praedicationis, & notitia veritatis. Hic est Ioannes Baptista, qui praedicatione mira ad Dominum convertit plurimorum corda faeva. Interrogatus in officio quis esset specie honoris, non amore veritatis intellectus allecricis: respondit ad aquare brevi periodo: Ego vox clamantis in deserto. Si Ioannis sermo utemque efficax, cur non dicitur vox clamans? Vox sine clamore non est, aliter non esset vox: quare si clamatur clamans, non est clamans, sed clamantis? Num qui clamans, est sine voce vocali, & vox est sine clamore? Quid? Dicam. Prodromus Christi tellurem cordium preparabat, ut semine verbi Dei fecundaretur ignobilis terra. Clamabat Deus per vocem Ioannis, qui tantum fangebatur munere vocis: & ut semine ferret fructum in terra cordium; non dicitur vox clamans, sed clamantis in solitudine auriom: quoniam auris intendens ex auditu seminis utilitate, ad clamantem attendit, & non ad vocem.

14 Deinde. Clamor vocis erat in predicatore, vox clamoris in praedicatione semine. Si vox Ioannes esset clamans, auris intendere in Ioanem, & non in semine; quod quidem infeliciter, cum intendere deberet in semine per Ioannis vocem: utilis debet esse praedicatione, non curiosa; ut ad meliora convertantur peccata. Non melius utique, quod praedictur praedicator, sed quod semen praedictur: igitur parvi penditur verbum, dum vocis fit magni iudicium. Unde cum congruat audire praedicationem propter praedicationem, haud vero per praedicationem; dicitur praedicator vox clamantis, & non clamans, ut praedicatione sit efficax: siquidem verbum audiendum, quia Dei verbum, & nequaquam per ministrum.

15 Ulterius. Ioannes dicitur vox; & semen est verbum Dei: non datur clamor vocali, sed vox creditur clamantis; quoniam corda amplius oportet, audire verbum Dei, quod liberale semen, quam ingeniose ac argute seminantem. Qui fructus quaerit propter flores & folia; fructus non quaerit: vocem clamoris, & non clamantis inquiri; quae nullum ostendit fructum, quia in tot verbis non est verbum: diciturque concionator vox non clamans, sed clamantis, vox non loquens, sed loquentis; quoniam clamor a clamante, & non a voce: igitur ser-

mo Dei corda clamore convertit, & praedicatoris vox in conversionem disponit. Vox transit, clamor permanet. In clamore inest utilitas, in voce curiositas: hic maledico & pruritus aurium, ibi dulcedo commodissima cordium: & ut corda nanciscantur ex concione utilitate, inclinanda prorsum ad clamorem loquentem, & non ad vocem: igitur minime inquirendus praedicator: sed quid loquitur, & quis loquitur in illo. Suppetat ratio. Vox est elegantia floridi vernantis pompositate sermonis: clamor autem sine facie rethorices eruditio veritatis. Hic corda vulnerat, aures tantum illa titillat: in conversione cordis clarescit fructus, in titillatione vocis delectatur auditus; & minime auris ducenda in clamorem vocis, sed in vocem solummodo clamantis; quoniam praedicatione haud inquirenda per doctrinam auctum curiositatem, sed propter praedicationem: haudquaquam propter vocem, quae aures novitate demulcet; sed propter verbum, quod corda in penitentiam convertit.

16 Ex huiusmodi imperfectione audiendi Dei verbum, oritur alia quae feminis interneceat fructum: igitur ferè nullus, si quod concipiat aure, ut radices mittat, non fovetur a corde.

Viridem deprimunt germinis ortum: Sed quia nulla subest facis substantia glebis, In sero arescunt radicem sili calore. Saccinut luvenens ubi supr. De Lia dicitur: Conceptum genuit filium. Si concipit, genuit: igitur conceptio supponit generationem. Aluit: ait Sanctus in Ierem. 31. num. 18. Apposite: quippe conceptum si nutritur in utero, quali non esset conceptio. Alij, Conceptum peperit filium, ut vidimus in Exposit. lit. num. 29. quoniam uterus foetum non perducens ad partum, facit abortum. Si militet plantae contingit cum semine verbi Dei, dum auditur in praedicatione vox. Concipit, quicumque conceptum nutrit: concipit etiam qui parit: quandoquidem in corde mittat radices, nullus momenti quod semen concipiat auris.

17 De Margaritis conceptis ab ostrocolis, profert Americus Vespucius in Epist. ad Caesarem: Novem Maius vestra, quod nisi praenatur sit, & a conchyliis in quibus gignuntur per se excidant, omnino per se non sunt; quinimo in brevi ut sapius expertus sum, evanescent, & in nil redacti. Verbum Dei, quod ros cadens in animas, diximus supra, fieri margaritas. Concipitur aure, nutritur corde, & nisi cordis calore perducatur ad partum, evanescit in-

In vitu conver- sionis, non cu- riosita- tis.

Iuven;

Genes. 29. 32. Sanct.

Sermon verbi Dei non concipit, quem non nut- rit.

Ame- ric. Vesp.

Fit Mar- garita, si fuerit corde, quod con- cipitur, aure.

con-

Math. 13. 45. Verf. 46

Quomo- do pretio- sitas ova nesciat

Psalm. 73. 21.

Semen non sus- cipit, qui ad fru- ctum non con- cipit.

Ioan. 1. 37.

Chry- sost.

concha quicquid pretiosum. Elargitur colu- rorem, ut per aurem concha cordis concipiat pretiositatem: ceterum oscitatione levi dispergitur in auras, semen celestis roris formidum in margaritas. Quare Praedicator bonas ex semine margaritas. Margaritae nonne bonae? Bonae, quae plena, pretiosa quae pretiosa; quippe marcescunt, & evanescent, si introrsus ostrea calore foveantur. Ideo Inventae una pretiosae insistor despiciat alias. Haec est pretiosa margarita: scilicet, quae concipitur aure, & usque ad partum custoditur in pectore: alias quicquid foet & nutritione pretiosum, decursu temporis redigetur ad nihilum.

18 Coelesti rore, ait David, Inflammatum est cor meum: ne mireris, creleat flamma activo fomite roris. Attamen sopita ratione, Ad nihilum redactus sum, & nescivi. Ad nihilum redactum cor flammiferum? Ad nihilum sane, cordis oscitatione. Ros qui sermo Dei, & semen divini verbi, ut in corde fieret margarita pretiosa, susceptus utique & ab aure sitibunda. Evanescit formationis intuitus, si rorem flamma cordis non fover pectus. Videbatur sufficere susceptio auris, quin interesset operatrix flamma cordis: & redactum est ad nihilum, etiam cum per aurem cor micaret inflammatum; quia quod auris in margaritam suscepit, cum non foveret pectus, subito vanuit. Nescivi, addit: iure quidem. Nescit, qui verbum Dei solummodo ut audiat, audit. Nescit, qui semen nisi ad fructum concipit. Nescit, qui concipit, & non parit: etenim margaritarum pretiosus est rore fructus, defectu caloris cordis ad nihilum est redactus.

19 Fleatur cursus Didascalie ad fructum praedicationis Baptista. Baptizatur Iesus, quem pestifera respiciens Ioannes, dixit discipulis: Ecce agnus Dei. Observa sequentia. Audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Multa notata digna in huiusmodi subtili admirabili sententia. Si Ioannes loquebatur coram discipulis, profecto verbum eius auditum: ad quid namque additur, quod loquentem audierunt? Deinde, iuxta mentem Chrysostomi, Bedae, & Euthymij hic, dum haec loquebatur, plures discipuli erant cum magistro: quo igitur pacto audierunt loquentem ex discipulis duo? Denique, non dicitur, quod Ioannes de Iesu loqueretur; sed dumtaxat quod audierunt eum loquentem: cur ergo de Iesu interpretatur, & una sequuntur? Cuncta, esto per indicem exponenda.

Tom. II. Tant.

20 Vox necessaria est, ut verbum seminandum perveniat in aures rationales audientium: & dum Ioannes in praedicatione loquitur, de verbo procul ambiguitate intelligitur; quippequam tunc praedicatione fructifera, ubi verberata vocis fulmine cor la non sequitur fulminantem vocem, sed per vocem fulminantem. Ita relinquunt praedicator, postquam auditur: siquidem si semen est in praedicatione voce, fructus seminis dumtaxat in recipiente. Hinc duo tantum ex discipulis audierunt, cum plures audissent loquentem vocem: Audit, qui tantum audit, ut quaerat utilitatem. Non audit, qui audit plantantem, vel rigantem granis; sed tributentem semibibus incrementa. Adhaerent discipuli voci, audientes vocem: & audierunt loquentem duo tantum; quia derelicta voce quaesierunt verbum.

21 Omnes Ioannem loquentem audierunt, & non audierunt omnes. Non audi loquentem, qui tantum audit: opus est, quod foveatur calore pectoris, ros quem in margaritam concipit auris: & audierunt solummodo duo inter tot audientes magistrum, voce signantem, atque indicie verbum; quia quod conceperant aure, ut firmaretur radice, alto sepelirent corde. Aliter. Secuti sunt duo, & duo audierunt, sequela comprobans auditum. Alij secuti non sunt, quia tantum audita vox. Duo haud morati sunt in splendore indicis, sed in utilitate data significationis: & illi tantum audierunt, dum omnes audierunt; siquidem auditum condiderunt in pectore, cum alij audientes sepelirent in aure. Sicut manna est verbum Dei. Deservit audientium voluntati, & non fit margarita nisi in corde. Luxta vota voluntatis fit conversio mirifica caelestis roris. Ubi non est voluntas, non est pretiositas: quare in duobus suscipientibus corde, ros in margaritas est mire convertus; & in alijs audientibus aure, ad nihilum est redactus.

DIDASCALIA VI.

Dum differtur vita, transcurrit.

1. A It Stoicus Cordubensis Episcopus, quod demonstrat volacite tempus? Ut patcat infania perdentis praesentia, & velane expectantis ulteriora. Perdis bodiurnum. Quod in manu fortunae est, disponis; quod in tua dimittis. Quo spectas? Quo te extendis? Omnia quae ventura sunt in incerto ian-

Auditor verbi Dei non quaerit vocem, sed verbum.

Constat in corde, quod concipit aure.

Senec.

Gravissimos morbus castina ianuis.

N

sent;

Ioan. 1. 31.

Vox clamantis, & minime clamor vocalis.

Non propter ministerium, sed quia Dei verbum.

Non propter seminari in vocem, sed propter sollicitudinem.

ant: in fine idem de Brevit. Vita cap. 9. igitur non est remedium, sed cordis afflictio, quicquid pendet ex crastino.

Quid iuvat in longum causas producere morbi?

Prosper

Cur dubium expectat cras hodierna salutis? Scimus correctis ventum non esse negandam. Sed nulli nostrum est ultima nota dies.

Languescunt vires, quibus dicitur expectantur maiores.

Canit D. Prosperus Epigram. 72. Apprehendere insaniam renuit, quod vel apprehensione fugit; & apprehendere conatur, quod non dum venit. Tempus igitur opportunum expectatur ad opus, & non est tempus; quasi qui vires ex tempore concipit ad remedium, & decursu temporis languescit firmitas invalida virium. Dum adhuc vacat, & in hoc corpore sumus, currendum est: ait Doctus verbis & exemplis Monachorum Sanctiss. Benedictus in S. Regul. Prolog. quandoquidem transcurrit vita, ubi in posterum proponitur cortigenda: & ni curramus, transcurrit, quin periciatur opus; quoniam ad prateritum minime datur regressus. Perpende acumen Benedicti. Dum adhuc vacat, ait, & in hoc corpore sumus. Aptè, quippe in senectute, ad penitendum, quasi non sumus in corpore. In senectute penitentia est penitentia excusatio, vel phantasia. Dicat, ut pudeant vanæ fiducia, vel Ethicus in Andr. Act. 5. Scen. 3. v. 5.

S. Benedict.

Ita prædicant: O ingentem confidentiam! Nana cogitat quid dicat? Num facti piget? Num eius color pudoris signum? Vana ergo fiducia, quia penitentia vana. Verum quare? Dicit Alcimus Avianus lib. 5. v. 694.

In senectute sensus sine sensu.

Penitet ambiguitatem quem serò penitet. Ergo presentis spatium nobis dum creditur evi, dum patulam cunctis Christi clementia sese præbet, præterite plangamus crimina vita.

Alc. Avit.

De Sara dicitur: Sterilis erat, & insecunda. Quæ non? Anima, dum ab illa differtur penitentia. Hinc protractio penitentia vocatur à Davide Sterilitas anima: quoniam si nequit esse sterilis foemina, quin sit infructifera; contingit aliter in penitente anima, pro tempore senectutis meditata penitentia: igitur in illa penitudinis tarditas est sterilis fecunditas. Ego sterilis, & non pariens dicebat Ierusalem captiva. Quænam foemina peperit, laborans sterilitate; aut sterilis, si peperit Ipsa utrique. Filij sterilitatis tue, dicitur à Domino, ut comprobet sterilem fecunditatem exemplo. Sterilitas in fecunditate: Haud implicat. Filios habuit, sed in senectute: & filios qui in senectute, non habuit; quoniam non iudicantur ut fecunditatis fructus, fru-

Genes. 31. 30.

Psal. 34. 12.

Isai. 49. 21.

Verf. 20.

Sterilitas anima fructus penitudinis sera.

ctus qui producantur ultra tempus.

3. Altiore igitur sensu, quoniam sermo metaphoricus. Filij sunt actus virtutis ex cognitione animæ à malo resipiscitis, ne procedat in demonis captivitatem, per criminum consuetudinem. Ubi illud penitentia fit, filios quos concipit, parit fecunditas: si protrahitur in longum penitentia, parturit sterilitas: fecunditatis sunt filij, dum corpus potest porrare mortificationem sensum, in satisfactionem peccatorum: sterilitatis verò dicuntur fructus, ubi sensum non est sensus: unde Ierusalem, animæ scilicet penitentis, numerantur filij, sed filij sterilitatis; quippe concepit & peperit in tempore senectutis. Subest causa. Sterilitas vel exiguis debilis fructus omnino miraculosus. Quid si magnus? Igitur non coeunt fecunditas & sterilitas, nec conciliantur in terra cordium ariditas & ubertas: quapropter sterile lignum offenditur in anima floridum; ut pateat, quòd penitentia in senectute miraculum. Ergo si recenseretur penitere inter miracula; in senectute omnino difficilis penitentia. Si miraculum, ultra naturalem cursum: & ita ultra, etiam dum fructus magnos concipit anima in iudicatur inter impossibilia, fructus quem serò pertulerit penitentia.

4. Ius erat, ut conceptioni Verbi in carne, præcederet generatio vocis: ideo postquam conceptum, quæsit vocem ut indicem, rem verbi significantem. Hinc Virgo attonita de Verbi declinatione, quoniam miraculum, quòd declinabile indeclinabile divinam Verbum, quod erat in sinu Patris; insinuatur ab Angelo conceptione vocis, scilicet Ioannis, Verbi Patris (caro facti) Præcursoris. Ecce (inquit Gabriel) Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis; quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Si Elisabeth gaudet fructu præexcellente fecunditatis, perperam erit sterilis. Quo ergo pacto effœta, quæ facta fecunda? Iam sex menses habet fructus, qui quidem fructus & magnus. Quæ lege in natura simul sterilitas & conceptus? Deinde. Iurè vocaretur sterilis ab ignorantibus conceptionem, & cognoscentibus ingentem feminæ sterilitatem; igitur pro conceptus novitate occultavit se mensibus quinque. Pòst audita est à cognatis vox conceptionis: quare igitur si sextus mensis transcurrit, Elisabeth vocatur sterilis? Sterilitas cum fecunditate? Profectò. Concepit filium, sed in ipsa senectute: atque vocatur sterilis etiam calcato opprobrio sterilitatis; quod

Penitentia in tempore senectutis fructus sterilitatis.

Et fructus miraculosus.

Luc. 1. 36.

Imò anlysi.

quoniam quæ in senectute concepit, quasi nunquam concepisset. Vernaculè. Aguardar à la vejez à dar frutos, es lo mismo que no darlos.

5. Ecce exemplum perspicuum penitentia, quæ fructum affert in frigida senectute. Fructum fert, & non tert fructum, igitur fructus qui signat sterilitatem, ultra fidem. Nota. Pro conceptione sine viro paranda, conceptionis sterili senectutis proferitur signum, & additur: Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Quid ergo iuvat dum agitur de vetula fecunda sterilitate, ac viriditate uteri; sermo Angelicè de Domini potestate? Multum profectò, ut quancito resipiscat homo: quandoquidem in tempore senectutis utilis penitentia proferitur omnino inter impossibilia. Falluntur sæpe procrastinantes, laxati tempore, quasi quod modo opportunum, non esset opportunum, si non modo: diciturque non esse impossibile apud Deum in senectute animam fructus concipere penitentia; quoniam apud homines prorsum iudicatur impossibile. Effectus contra, omnino miraculosus: ergo etiam ex purpura sterilitate fructus: etenim uti novum celebrabitur prodigium in tempore senectutis, quòd fructum & tandem tandem fecerint nativitatis. Proclivè ne facere fructum, ubi fructus plauditur quasi miraculum?

Ibid. v. 37.

Impossibile apud Deum.

Ibid. v. 37.

Miraculum singulare.

P. Syr.

6. Larga seges in sterilitate fecunda Elisabeth, obviat per commendatione opportuna penitudinis, ac pro redemptione irrevocabilis temporis. Elisabeth (dicitur ab Evangelista) impletum est tempus parienti, & peperit. Videas perspicue animam, quæ fructus penitentia concepit in senectute. Ad quid igitur descriptio nobilis partus, si ab illo præsupponitur in illa conceptus? Quia in partu novum miraculum. Novum? Utique. Impletum est tempus parienti, & mater sterilis in senectute peperit: partuque singulare miraculum designavit; igitur impossibilis partus, quia impietum parienti tempus. Flores apparent, dum hyems transit; evanescent, dum venit. Nonne novum, quòd flores fugientes pectorum viridaria, ac refugientes cordium amana, in iuventutis verno florivomo tempore; apparent, luceant in hyeme, in frigore & nuditate?

Frustra cum ad senectutem ventum est, repetas adolescentiam. Dixit Publ. Syrus v. 183. Hic pretiosa fecunditas. Ibi prorsus invalida ætas. Paret prodigium, revocare gradum; & claret malus, revocare tempus; igitur si miracu-

lum, quòd in senectute genuisset; & ultra patet, quòd senectute pepererit. Nonnumquam celebrandus ut prodigium, qui puer & centum annorum.

7. Deinde, Peperit. Quid? Non concepit? Concepit utique, sed in senectute: proponiturque post conceptionem uti miraculum singularis parturiti; quippe quæ penitentia in senectute plerumque manet in voto. Fit crebrò in vulva cordis conceptio: & evanescit partus; quoniam irrita voluntate fit abortus, & patet quòd voluit esse, cæterum non est quod voluit: propositi sane signum, verum minime propositum. Observa diligentius, Peperit & peperit filium. Si concepit filium, filiam pariet. Neutiquam, Tempora & mores depravant semen, quoniam in cordibus, quæ concepta, minime radices habent. Cum gaudio suscipiunt, sed arecant. Unde de Elisabetha uti miraculum dicitur, quòd filium concepit, & filium quem concepit, parturivit: quippe numquam corda pariant, quod concipiunt, si usque ad senectam conceptionem protrahunt. Concipitur late a iuvenibus penitentia, cognoscentibus patrata crimina, usque ad senectutis tempus, ubi nullas fructus partus; quia defes omnino senectus sicut umbraculum in vinea, & sicut tugarium in cucumerario. Aiter fit, si fit, partus, ac conceptio: & dum filium Elisabeth quem conceperat, peperit; insigne celebratur prodigium, quoniam propositum partum haud secus quam fuit in senectute conceptum.

8. Uteriùs. Peperit filium Elisabeth, & audientes vicini & cognati congratulabantur ei. An quia peperit? Quia peperit in senectute? Quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa: dicit Lucas. Periodus insignis, atque phrasis singularis! Partus Elisabeth dicitur misericordia, & misericordia magnifica. Quam longè sit partus penitentia à conceptu, patet in huiusmodi gratulatione: igitur partus, qui naturalis in tempore senectutis, non tam tribuitur naturæ, quam gratia. Quomodo obinebitur fructus, ubi negatur conceptus? Facit Deus misericordiam, dum anima penitentiam concipit, facit etiam dum conceptam pro tempore parurit; verum in senectute penitentia non tantum relucet misericordia, sed misericordia magna. Deus erranti, atque facti penitenti veniam promittit, sed crastinum ad penitentiam non spondet. Protrahit anima genituram, ac cunctando producit usque ad senectam.

Propositi penitentia, sicut manet in voto.

Rare senectus parit, quod propositi concepti.

Ib. v. 38.

In senectute penitentia, Dei tantum obtinetur misericordia.

Osi compunctas humana superbia mentes
Ante obitum mutare, nec expectare suprema
Fata velit, quando infelix felicior esset!

Alc. Av.

Ait ubi supr. Alcimus Avitus. Haud concipit, tempus partui posse deesse; & etiam penitendum desistere. Partum procrastinat, & nihilominus qui offensus, clementer expectat. Senectus adest. Conatus penitendinis in sterili senectute virefcit? Armatur ad pugnam, ad ferrum pectus, ad flammam, ut portet de victoribus victus usquequaque victoriam? Hoc opus, hic labor est. Pauci potuere, nisi quos equus amavit Iupiter, aut ardens exivit ad aethera virtus. Quod pridem concepit, modo anima in ipsa sterilitate paritit: & dum paritit, Dei benignitas exponitur, ac de illa animæ amici congratulantur; quoniam si signum divinæ clementiæ, ubi quomodocumque datur locus penitendini, in senectute animæ peccatricis penitentia, non tantum est clementia, sed clementia magna; quia magnificat Dominus misericordiam cum illa.

Et misericordia magna.

1. Reg. 2. 1.

9 Sterilis peperit plurimos, dixit de se gratulabunda mater Samuelis. Patet quod sterili concipit, & peperit; verum quod plurimos, minime patet. Unus tantum in lucem prodijt splendor generis, qui post orbis: & pro plurimis plauditur, dum à genitrice videtur; quoniam filij ex sterilitate, vel in senectute, maioris habentur, uti omnino desperati. Ultra spem venit cordis lætitia, & quæ sunt ultra, gratiora. Merito plaudit, quem nec ipsa cogitatio concepit; quandoquidem meretur exiguitas magnitudinem; ubi quod non cogitatur, excedit cogitationem. Sterilis dicitur anima, dum ab illa in longum protrahitur penitentia. Concipit sterili, quia in tempore senectutis: dicunturque plurimi fructus, ubi unus tantum conceptus; siquidem si parum tulerit multam afferet: quoniam etsi minimi, habentur, qui omnino desperabantur. Miraculum rutilar: mirum ne, quod extollatur miraculum? Magnam quantumvis exiguus meretur laudem, dum obtinetur fructus, & ultra cogitationem. Plurimos parit, quæcumque in tempore penitentia ultra tempus producit: igitur ita senectus in criminum penitendinem sensum & sensus penitentis alligatur fructus & conceptos & productos, qui produxit, non agnoscat.

Fructus tunc nec cogitatio concipit.

II. 49. 2. 1.

10 Filij sterilitatis Ierusalem proponuntur luminibus genitricis, & illa respondet: Quis genuit mihi istos? Ego sterili non pariens, transmigrata & captiva: & istos quis enutrivit? Ego destituta & sola & isti ubi erant? Præ lætitia videns tot quæ

nullos putabat filios, insanire videtur; quasi magna fortuna cum mente sana conciliari nequiret. Fructus insignes in senectute habes, & non cognoscis? Nescis quis enutrivit, dum uterus genuit? Vocaris sola & destituta, fructuum nobilium redimita corona? Sterili & non pariens cum tanta pigrore prolis? Ubi erant qui tecum erant, inquis? Es impos, vel compos mentis, dum ignoras quos agnoscis? Quid hoc? Aliquid (ait Sanctius hic num. 71.) indicat magnam, inspiratum & admirabile. Utique: igitur filios nancisci in sterili senectute, pendet tantum à mirifica Domini benignitate. Vulgo aptius: Lograr fructos tan nobiles à la vejez, es un milagro de Dios.

Briam cognitio nescit.

Sanct.

Fructus non videtur bonis, ex penitentia in tempore senectutis

Quomodo tunc & non ille concipit

Quantum Dei fuerit diem cogitatio

De-

13 Denique. Anima ex concupiscentia concipit dolorem, & parit iniquitatem. Resipiscit vel ex legis prædicatione, vel stimulis conscientia; & penitens destitatur iniquitatem, sed utque in longum tempus differat dolorem.

P. 57.

Quosidie est deterior, posterior dies. Altruunt P. Syrus vers. 59. Agnoscit esse destitutam & solam; ac arripit modo, quam pridem conceperat penitentiam. Renovat conatus: & cogitans vel cum fructu breve tempus, Et isti ubi erant? ait. O malefunda! O furelarix fiducia! Concepti dolores ubi erant? Erant iniquitates, & non dolores. Posterior a pectore fovebatur dolor, & quotidie erat deterior. Lacerabat animam temporis fiducia, & ita conversus sum in erumna mea, nec conscientia confringebatur ipsa. Quid si mors succideret vota, dum adhuc ordiret illa? Quantum sine dolore dolorem! Quantum habere sine penitentia penitendinum! O fascinatio mentis! Hem solite cogitationes. Sine fructu in tempore senectutis? Et isti ubi erant? Et ego ubi eram sine istis? Vides & non agnoscis? Sane. Desperaveram & video: insanique lætabunda præ gaudio; quippequam omnino mirabile, ut quos conceperat in ætate florescente, videret in senectute. Dubia res est in corpore languido, in mortis periculo, & multoties articulo, ad Deum vera cordis conversio. Potest fieri: at si non potest? Potest esse, & potest non esse. Ex alca huiusmodi incertitudinis pendebit momentum æternitatis: Curris in incertum, quasi ærem verberas? In incertum sane carris, igitur creperum, an penitentia ex penitendine cordis; quandoquidem inter dolores, conscientia & mortis anfractus, ignoratur, an sit fructus dignus, & an sit fructus.

Gaudij summi ex penitentia, est protracta.

2. Reg. 8. 23.

14 Accidit animæ quod Michol, filix Saul. Sic itaque de illa profert sacra pagina. Michol non est natus filius usque in diem mortis sue. Idem nullum habuit. Ita sape intelligitur in Bibl. præpositio Usque, v.g. A Solis ortu usque ad occasum. A summo celo usque ad summum. Ab homine usque ad pecus. A maximo usque ad minimum &c. & altruunt Theodoretus, & Procopius. Rabini verò afferant huiusmodi phrasî indicari filium natum, cuius partus genitricis summis doloribus conciliavit obitum. Istæ omnino contraria. Quomodo peperit, & non peperit? Quo pacto filius natus, & non natus filius? Quia non est natus nisi in die mortis genitricis: fructus ventris protrahit usque in diem mortis: & huiusmodi fructus

Usque includit terminum cui præponitur.

natus est quasi non natus. Haud aliter usque venit anima, dum renuit iugum suave penitentia. Saepè fructus cum dolore concipit, sed cunctabunda non parit. Partum distrahit, & protrahit usque in diem mortis, fructum emittens in angustia temporis, qui quidem minime numeratur ut partus, quoniam frequenter in formis abortus. Fert fructus, sed serò fert; & reputatur pro nihilo quod sit serò. Unde haud conceditur natus, qui prodit in lucem filius; quoniam cum creperum sit, an proficit, matri negatur quasi non habuisset.

Fructus in morte non dicitur fructus

15 Fructus penitentia dicuntur exercitia, quibus in corpore vindicamus peccata: & occurrit, quod filius Michol quem peperit moriens, nec habet nomen, nec dicitur, ad regiam pervenisse dignitate: cum ille tantum & à patre & à matre & regio Israelitico nobili genere. Eadem causa, qua fructus negatur filix regis, rege parturientis; invenitur in anima, serò factum profertente doloris. Ibi dolores ut parturientis inveniantur, qui solam dolores pariunt. Miserimus omnino partus: igitur si opportunè fructus mulecent dolores in corde penitendine facio; in morte dolores inveniantur sine fructu. Gaudet anima quæ dolo, & quia dolo; penitere non penitet, quia iustus præbent stimulos monumenta doloris, vulneris causa, & sæditate criminis. Qui seminant in lachrymis, lachrymas minime metunt, etenim exultationem pariunt, quam non concipiunt: infelixque dicitur partus animæ plorantis, ac in morte penitentis; siquidem pro exultatione conceptæ mœlitudinis parit dolorem doloris.

Sed dolor doloris.

16 Ergo quæsitio. Fructus huiusmodi sicut in Michol nec nomen habent, nec regnum obtinent. Occasio partus, sine importunitas, existentis incians existentiam, fructum signat inhabilem ad coronam. Partum genitrix distulit usque in mortem, & non vidit filium regem. Ita ergo anima, prolongata penitentia: siquidem sit usque ad mortem fructum protrahit, fructus omnino evanescit. Potest esse filius Benoni fructus doloris: & potest non esse, etiam dum nascitur; quia in morte raro mater voto potitur. Possibilis utique ubertas fructuum, sed ambigitur an apti regno caelorum. Possibilis est conversio. Ergo conversio possibilis: verum homo non salvatur possibilitate, sed conversione. Non impossibilis conversio hominis in quocumque articulo temporis, sed periculosa prorogatio penitentia, usque in diem mortis sue. Verum quare? Audi quem supr. Alcimus Avitus vers. 698.

2. Reg. 2.

Quia dicitur in morte dicitur fructus

Pa.

Pœnitentiaque olim negligenter temporis acti, Dum licet, & sano ingenioque animoque valentis.

Alc. Aui

Nam qui peccatum moriens dimittit, & ipsa In seruum tempus differt admissa sateri, Non tam dimittit, quam dimittitur ab illis.

DIDASCALIA VII.

Mundi gloria constans in levitate sua.

Ovid.

1 Hunc florem excerptimus ex Ovidij vicidario lib. 5. Trist. Eleg. 8. Hinc Psalmista dicit: Transiit, & ecce non erat. Non erat, cui prærens transferat: quoniam ni transiret, gloria inanis non transiret, sed in levitate permaneret: igitur tantum transiit transeunti, quia figura permanet permanenti. Haud dixit: Transiit, & ecce non erat; sed Transiit. Non transeuntis proponitur felicitatis, sed hominis, & in hoc summa felicitas, dum latet levitas: siquidem cum vana sint omnia; ut oculos transeuntis allicitat, singulariter effulgurat, donec transeat. Est igitur gloria vana summa gloria speculantis, & summa gloria, vanissima transeuntis. Sic transeit gloria mundi, aliter gloria & gloriosi persistant in levitate.

Mundi summa gloria despicienti nulla.

Greg. Nazianz

Quamquam non illa, sed umbras, Vanaque prospiciunt, vera simulachra remoti, Latanturque umbris & imagine lucis inani. Succinit Gregorius Nazianzenus in Præcep. ad Virgin. Simulachra omnino vana, quin respicientis hominum sint exempla. Nullum habet maius malum occupatus homo (ait Senec. Epist. 19.) & bonis suis obsessus, quam quod amicos sibi putat, quibus ipse non est.

Senec.

Fallit amantem, & reddit amantem.

Alibi exposuit politice, verum modo tropologicæ. Fluxa fides in gloria mundana, & avida est, & aliena aviditati exposita. Quod plus debet, magis odit, & sitienter ludit. Gaudet ficti, cupit optari, sed ubi festiva, magis nocua. Allicit cor, verum non est illi cuius est, quia dilectæ tormentis gaudet amantis, & illud it ludens ocalis. Erigitur obsequio, crudescit studio, insolens officio, tunc adorazione, semper conitans levitate. Unde nullum maius malum habet homo his ineptijs occupatus, & bonis obsessus, quam invenire adversarios, quos cogitabat amicos: siquidem cum suos arbitretur, qui sui non sunt, vel quibus ipse non est; falli fide est alium vultus in corde. Aptius dicam. Patet levitas fidei felicitatis, quia tantum apparet fides.

Nulla illi fides.

2 Ænigma proposuit Ovvenus 3. lib. medio Epigram. 32. huiusmodi acumine. Dic mihi que in oculis exstat vox integra, cuius

Ovv.

In terris tantum syllaba prima patet: Quod quidem prius Seneca, ut refert in Florib. seu Loccis comm. Strote. Dionysius Gothofredus. Doce, leve esse vanumque hoc quod felicitas dicitur, unam illi syllabam facillimè accedere. Qua autem illi syllaba Fel. Aptè, igitur Extrema gaudij locutus occupat: imò si initium Fel levitatis est fel, non solum occupat extrema, sed principia. Vide quæ diximus Tom. 1. Tautolog. 4. Didasc. 16. num. 3. Quantum sola noceis animis illapsa volaptas! Impia sub dulci melle vena latent.

Felicitas mundi quærit Senec.

Prov. 14 13.

Plaut.

Ita Dijs placitum, voluptatè ut mæror comes confuatur.

Quin incommodi plus, malique illicod asit, boni si obtigit quid.

Canit Plautus in Amphitr. Act. 2. Scen. 2. v. 5. Qgem sequantur Manil. lib. 5. v. 121. Senec. in Thyest. v. 995. Ovid. lib. 4. Trist. Eleg. 1. Horatius lib. 1. Epist. 2. v. 58. Silius Ital. lib. 15. v. 95. & Sev. Boëtius de Consol. lib. 3. metr. 7. igitur bona sunt vicia malis, imò fastexta malis bona sunt, lacrymaque vota sequuntur, & simul felicitatem; ac demùm in cunctis servat fortuna tenorem. Sed hoc alias, & minime strictim, pro averfione voluptatis, & contemplatione temporis: siquidem, ut ait Iuvenal. Satyr. 9. v. 114.

Genef. 11. 30.

Species tantum.

Felicitas, in vere fallaci gloria.

Iob. 14. 11.

Iuven.

Festinat enim decurrere velox Flosculus augustæ, miseræque brevissima vite Portio.

3 Fel est prima syllaba in Felicitate. In nostro vulgari Fe: Latine hædes. Ni fallor, aptissime ides pro speculo mundanæ felicitatis. Fides est de non visis: & de felicitate syllaba prima tantum patet in terris; quippe nunquam hominum videntur lumina, quam loquuntur furiosè avidissimæ corda. Quicumque huiusmodi prolubio, falcinatus dulci philtro, currit post felicitatem; felicitatis solummodo sequitur fidem: quid novum? Argumentum est enim non apparentium. Fides tantum habetur ex felicitate, & ratio captivatur in fide. Non potest esse prosperitas, ubi invenitur rationis captivitas: furenti demtaxat quic exponit ut lenocinium, redigere in captivitate intelledum. In fide captivatur ratio, & in fide felicitatis miser homo: igitur ducimur, dum feducimur, gloria mundi proferente fallaciam; quamvis ratio decernat in mundo non esse gloriam. Felicitas. Fe. Fides, Exordium felicitatis.

In mundo non est felicitas.

Falcinat rationem

citatis in mundo nascitur, quærentes felicitatem: & nequaquam consequimur fequentes finem: quippe levitas gloriæ fulgurantis caret sine, & gloria volitans perflit in levitate. Fides tantummodo felicitatis, unde dolo & dolore crescit anxietas. Fides in principio, nihil in exitu. Fides in principio, verum finis sine fide: igitur quodlibet incipiens summa felicitate, delijt inausite plerumque in amaritudine. Ecce conditio mundanæ felicitatis. Tota gloria fides est, cuius fidei nulla fides.

Non habet fidem.

Genef. 11. 30.

Species tantum.

Iob. 14. 11.

Et paratus oppositus conceptioni.

August.

Vera felicitatis conditio.

ius fugæ non piget, cuius amissione gaudet.

5 Quasi qui apprehendit umbram, sic qui attendit ad visa mendacia: aluitur prognome Ecclesiasticis. Quod de somnijs proferret observatis a stultis, aptè cadit in procos felicitatis: & quia univèrsa bona in professione vana sicut somnia, ex quæis quæ visa non visa; & quia ni ratio dormiendo stultè quiesceret, phantasia quomando non vigilaret. Mens humana, aptè optat, vigilans sperat, ac in somno, ut non sit requies, reddidit amica quies. Umbra ergo sit ex corpore interposito luci. Non potest esse sine luce & corpore: unde erit lamentabilis stultus, qui querit umbram, ubi non est corpus. In speculo resulat imago, quæ quidem evanescit vel subtraheatur, vel extrineta luce. Nihil tunc videtur ex vitis. Haud aliter contingit in huiusmodi somnijs, insatuato corde cogitationis specie: etenim qui umbram sine corpore inquirere felicitatis, non habet in intellectu minimam lucem rationis. Dumtaxat in phantasia corpus habet, quod non habet corpus: ergo dum titillat non visus, nec visibilis sine corpore vanitatis strepitus; qui videt dormit, vel clausis oculis vidit.

Ecli. 14

Qui illam inquit est infortunatus & cæcus.

Ab illa prode rationis ludibrium.

Et mendacium.

6 Ultrò: decipit subdolo cogitationes humanas lubrica mundi felicitas, & riu falso venti tinnitu, fulgore vanido, ore lucundo, larvata facie, lita duccedine, certo discrimine, quin oculos aperiat frequens ludibrium, ut corda reddeant in meliorem sensum: præstigias parit cor, cum gloria mendacium sit, qua struitur artificium, ut appareat, & non appareat mendacium: siquidem qui magis apprehendit, dum amplectitur gloriam; apprehendit sine corpore corporis umbram.

7 Mendacia visa dicuntur eiusmodi phantasia simulachra. Verum ubi visa? In phantasia. Officina sufficit ad despectum, quoniam ibi non veritas, sed mendacium: & corda philtro amatorio cæca, minime cursus aviditatis revocant; quanvis quæ ibi videntur, nullibi videant. Mendacia visa. Exculationem habere propositum, si lateat cognitionem mendacium: atamen summa patet ignominia rationis, erga obiectam speciem rutilam felicitatis cognoscere visa mendacia, & furenter inquirere mendacia visa. Quid est mendacium? Dictio utique contra proprium intelledum. Opemine quæ dicit in mundi gloriam, quæ corda pruriti titillat: quandoquidem est floride pingat prolubium felicitatis consequendæ tabulam.

lam; agnoscat ratio, velit nolit, solum esse picturam. Contra rationem altimatur gloria mundi, quæ quidem uti picta adversariæ rationi: igitur licet alliciat hominem & genio & specie motum, ratio in homine cognoscit in veritate mendacium: atque contra mentem ire, ubi conatur appetere; cum in huiusmodi gloria, gloria sit tantum figuræ, veritas mendacii, ludibrium cogitationis, penitentia aviditatis, fructus sterilis, pulchritudo coloris, imago inanis, umbra & umbra quarum colorum temperie homo insiguitur in limo profundum; ac dum quaeritur figura, non est substantia.

1. Cor. 7 32.

Non habet esse.

Nisi in levitate.

Matth. 4. 8.

Et apprehensio.

8 Innuat Paulus. Ut non utantur, seu potius, ut non abutantur sensu, qui utuntur hoc mundo; insit: *Præterit enim figura huius mundi.* Ad quæ definit, sicut qui foris & in cute novit. Cuncta substantia gloriæ mundi redigitur in figuram; quia cuncti gloria mundi non habet substantiam. *Figura mundi.* Pro mundi gloria describitur ab illo figura. Subtiliter & ingeniosè. Figura est imago, & non amplius; quam phantasia concipit, ac parturit penicillus: & gloria mundi pertransit elaborata in imagine; quia esse quod habet, non habet esse, pendens à cogitatione, & à phantasia pictrice. *Figura mundi.* Non forma, & vivide. Forma constat, figura mutatur: & mundus constat formaliter in figura, quippe constat mobilis in immobili inconstantia. *Figura mundi.* Quasi non sufficeret, quod esset mundi, ut levis esset; *Præterit*, ait: exprimitur substantia conditionis, & conditio levitatis. Quanam gloria figuræ, si non est formæ? Quanam accidenti, si non substantiæ? Tantum igitur habet figuram gloriæ: quæ ita vana, ita ventosa, etiam dum phantasia pro lubito pingit; ut non sit figura, quæ consistit, sed quæ præterit.

9 Ductus est Iesus, ut videret pro gloria lubricam scenam in mundo, ne fideles semel vido ducerentur à diabolo; imò scelerent huiusmodi elevationem esse per dæmonem, & nullatenus gloriam, sed tentationem. *Assumpsit enim diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Quo igitur artificio si mundi figura sphaerica, potuit orbis manifestari forma? Aliqui dicunt in phantasia Christi delineasse imaginem, pinxisse pulchritudinem, efformasse venustatem, ac elaborasse speciem. Ecce mundi gloria, species nimirum vana, intentionalis pictura, florida imago, phantastica pulchritudo.

10 Alij autumant ex cunctis orbis delectabilibus fuisse factam descriptionem, ut

magis valeret simul pungerè cupiditatem; atque artificiosè quali in uno corpore dæmonem conglomerasse universam gloriam, quod Philosophi vocant Chimæram; ut levi conditione adorationis, in summa felicitatis Christus haberet collecta, quæ beatos efficiunt homines miseros, inter singulos divita. Chimæra? Utique. Mundum ostendere diabolus cupit, & chimæram ostendit? Profectò. Veritate miser intendit fallere miseros, quo non potiretur, si aperirent oculos: & quasi chimæra ostenditur mundi gloriæ; quippe quàm gloria mundi, non aliud, nisi chimæra. Chimæra nihil est: & idem fuit exponere coram oculis chimæram, ac universam mundi labilis gloriæ; quoniam licet possit cunctæ felicitatis obtineri impossibile, nisi in voto propositum, cuncta felicitas in possessione redigetur ad nihilum. Totum esse vanum est, ac specie rutila dæmon comminiscitur fictionem; ut necat incauta corda ingerens vanitatem: sed haud ingenti meditata reflexione est opus, ut caveat à vafritie vigile pectus. Scintilla rationis sufficit lumen, ut homo in esse apparenti cognoscat nullam adesse entitatem. Quasi chimæra mundi constantis proponitur esse fictum; siquidem dum in conspectum venit, tantum venit ad conspectum.

11 Dicit textus: *Ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Ostendere non tantum significat palam facere, sed occulta pretiosa oculis appetentium objicere. Ibi magis ostensa patet in commendationem possidentis, quàm in gloriam avidè desiderantis: non dare signat, sed videnda luci exponere, & amenare oculos extima specie. Unde qui gloriam mundi videndam expectat, nunquam videt ut habeat, sed ut videat: igitur minime ostenditur in miseri utilitatem, sed in vanam gloriantis ostentationem. Aptius. *Ostendit*: vivide. Nec dæmon tegerè potest fallaciam temporalium bonorum, vel dum molitur in decipulam mendacium: etenim quamvis cogitet vafre dolam præterere, quamvis medietur subtiliter fallere; ubi intendit ostentationem floridam aridi mundi, totum esse & gloria eius manet in ostentatione. Ostentatio solum est: ita brevis, ut non sit instantis: quandoquidem cum non sit gloriæ forma, sed vacua omnino instantanea figura; etiam dum figura advenit, figura præterit.

12 Meditemur diabolicam huiusmodi ostentationem, ut homines sapiant, averfantes fraudem. Ostendit igitur dæmon quicquid scire potest aviditas, vel commendare

Chimæra.

Et figuratio.

Et figuratio.

Et figuratio.

Tempora bona dæmonia mala.

Momentanea gloria.

Et perpetua fallacia.

dare maiestas in felicitatem hominum, splendore dignitatem: scilicet delicias, potius illecebras: honores, auratas amaritudines: imperia, vere cordolia: opes, & divitias, curas sollicitates: vitam longam, valeudinem firmam, usum voluptatum, amplexum delectabilium, & sine iugo legum. Præsius dicam: compendium mendaciorum, cultu veritatis splendentium; depositum fallaciarum bractea bonorum, atque in concepto gaudio fontem cruciaminum. Ne miretis ita adversa in mundi gloria: haud aliter invenies, si sparium revelaveris. Hæc omnia dæmon dat, nec fide fluxa, siquidem hominibus sollicita nocua, & excogitat tormenta. Minime largietur panem, si portuerit lapidem, vel scorpionem. Ad rem ergo.

13 Hæc omnia Christo exhibitæ pro specimine felicitatis: sed scena verfatilis ita brevis, in maiore apparatu ostentationis; ut instar fulguris facta fuerit *In momento temporis.* Haud caute dæmon in subilliore dolo. *In momento!* Si duratio urget voluntatem in votum, & postea premit in gaudium; quale gaudium sine perseverantia, quæ voluptatis est gloria? Argolice cogitat, ut animas capiat. Mundi gloria est gloria vana, id est, gloria tantummodo in apparentia. Si duplici ostentatio eius consistere momento; pateret, quod gloria esset tantum ostentatio: puta plus temporis non esse, quippe negabatur posse: in secundo instanti videretur fallacia, & nequaquam alliceret sine gloria gloriæ figura: cuius in ostensionem elegit diabolus temporis tantum momentum, ne fraudum in sequenti agnosceretur embolium, & pateret in volucram. Vernacule. *En un momento de tiempo mostrò la gloria del mundo, porque no se conoció el embolico.* Quam facta mens hominum, vanitatem diligentem! Omnis gloria mundi vertitur in temporis momento tamquam in cardine: & pro momento temporis negligunt momentum æternitatis; quantumvis agnoscant mundi felicitatem, vanam esse undecumque ostentationem: arborem cultam floribus, sed nudam fructibus: morbum humani cordis, cuius medicina in cælis: perfervere uti terreum, pertransireque uti mundum: vitrum fragile hincens splendens: speculum, ubi dextrum sinistram: imò speculum concavum, ubi arte mirifica inversa conspiciuntur simulachra: ac denique substantiam inanitatis; qua cor humanum si potitur, potitur momento temporis.

14 Præterea. *In momento temporis.* Dominata sunt lumina expositæ gloriæ, unico indivisibili instanti; vel dumtaxat orbis

pulchri spectaculum exhibitum ad momentum. Splendor orbis redactus ad indivisibile temporis? Leve tribulationis momentum in hac misera vita æternum pondus operatur in gloria, & pondus gloriæ orbis operatur dumtaxat momentum temporis? Næ. Ita conditio huius perspective, ludicræ scenæ: non ultra extenditur gloria, quia si mundi non est ultra. Non potuit extendi ad tempus: quippe non potuit extendi: & ut fugax in ostensione clarescat, quin humana corda fulgore fallaci pungat; connotatur momentum indivisibile temporis, & non tempus, quia essentia gloriæ mundi non habet amplius. Quid si minus?

15 Observa in periodo proprietatem significationis, pro conditione mundanæ felicitatis. Gloria orbis ostenditur *in momento temporis.* Vivida sententia, quæ palam mundi fallacia. Non astruit Lucas, in huiusmodi specie fuisse momentum gloriæ: sed gloriam universi orbis tantum ostensam in momento temporis. Optimè. Paruit transitoria vanitas, & infelix duratione felicitas: etenim ita velox pertransivit gloria mundi: ut in momento temporis, non esset momentum gloria. Maiore brevitate adhuc mundi gloria brevior, vel dum ostenditur fulgor: siquidem cor delectabilis ita vanidum, ut non consistet quod consistit leve momentum. Velocitas instantis, seu minuti tardior fuit gloria apparenti: igitur gloria mundi ita vana, etiam ubi oculis ostenditur tamquam gloria; ut amplius sit momentum temporis, quod non tempus, in transcurso veloci, quam totum tempus, quo durat in aurata gloria mundi. Quid hoc ceci videntes? Quid luminis clausis oculis: Nec leve momentum spectabile cunctis theatrum! Fugacius tempore beneficium cordium! Levius instanti! Liqueat profectò, gloriam mundi non esse moment.

16 Cuncta prætereunt tamquam umbra & umbra vana (vide *Sapient.* 5. à n. 9.) tamquam navis, quæ ivit pondere pessum, quin ad respicientiam ullum naufragij remaneret vestigium. Tamquam sagitta, quæ tantum agnoscitur, dum transadigit præcordia. Tamquam vox, cuius esse breve fiat in pronuntiatione. Tamquam avis, quæ volando præterit, quin micet quod pertransivit. Tamquam spuma, quæ à procella conficitur, & à procella dispergitur. Tamquam fumus, quo ludit, & diffudit ventus commotus. Denum tamquam mendaciam verum, sed nitore veritatis induratum; quod tempus tandem tandem manifestat mendacium. Potest esse solida felicitas, quam format & informat flosa

Sinebrevitatis.

Eturda ratio minor momento.

Quam fugax.

Psal. 118. 17.

Genebrat.

flosa vanitas? Quæ clabitur, dum apprehenditur? Averte oculos meos, ne videant vanitatem: dicebat Regius Pfaltes. Vanitas non videtur? Videtur in vanis: sed quæ vana? In hac vita iucunda: inquit Genebrardus hic. Quæ in mundo iucunda, vocat vana; & appositæ: à quibus lumina meditantur separantur, ne videant quæ non videntur; igitur cum nulla sint, nulla sunt: & adhuc dum sunt in maiori gloria, tunc magis nulla.

Matth. 4. 9.

Senec.

17 Modò locum habet principale propositum num. 8. assignatum, cui libenter respondendum. Olfendit diabolus gloriam univèrsi, qua humanam ardescit cor, dicens: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Leviori pretio munerum læpelepius adoratur dæmon. *Hæc omnia* inquit. *Ingentis spiritus est* (dicam cum Seneca *Epist. 66.*) *emittere hanc Dei vocem: Hæc omnia mea sunt.* Quid mirum? Dæmonis est ostentatio, qui rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Verùm perpende: *Hæc omnia.* Superfluit, ni fallor, *Hæc.* Si dicit *Omnia*, ad quid *Hæc*, in claulula promissionis? Ut possit secure fallere inventu veritatis. *Hæc* dicit, quorum esse est in instanti: igitur si transit momentum, transit etiam adoranti promissum. *Hæc* quæ videntur, & non videntur amplius; siquidem si videntur, iam non hæc. Propter hæc adoratur humanum cor: si præmium petit, dicit diabolus, *Quæ?* Hæc non sunt, quæ promisi: si dem servavi. Hæc sunt alia: non hæc ostendi, sed illa: illa evanuerunt, non sunt: & promissa non sunt *Hæc.* Constituit corpus orbis regula temporis: dæmon utitur tempore, ut potiarum meditata fraude: quandoquidem dum pollicetur *Hæc* ex mundi gloria; gloria mundi est futura, vel præterita.

Fallacia dæmonis in promissione felicitatis.

Quanta instantia & industria!

Observe diligenter *Hæc omnia dabo.* Non Tibi do: ut dixit Petrus *Act. 3.* 6. sed *Dabo:* cui addit, *Hæc.* Hæc sunt oculis præsentia. *Dabo* designat futura: & industria signat *Hæc*, & dicit *Dabo:* ut stet fallacia, & promissio: promissio, quia signavit in futuro danda sic: fallacia, quia in futuro iam non hæc. Transferunt, & permanet cum fide verà mendacium, dum miser à dæmone operitur promissum: siquidem si continuò gloria mundi mutatur, & hæc quæ præsens promittitur; dum magis datur, non datur mendacio locus; quoniam ad præteritum haud datur ullus regressus.

Tandem: Mundus consistit in varietate, quippe nunquam in eodem statu permanet: & dum diabolica introducitur fallacia, offert oculis *hæc omnia.* Quanam

omnia, & quanam hæc? Quæ diabolus objicit, & insensatus homo malaciâ scit. *Hæc omnia:* non amplius, ut insecetur stultus. Posteriores glorias non promittit, præsentibus sunt in instanti: si ex bonis hæc petit homo, transferunt in præterita: non sunt, quæ bona futura: & vastè dum hominis insidiatur saluti, dicit diabolus *Hæc omnia;* quia hæc præsentia ita sunt, sicut posteriora, quæ non sunt, dum dicit, *Hæc.* Ergo omnia nihil: etenim in ampliore ostentatione diabolus pollicetur: quæ nequit dare; & homo expectat anxie, quæ nequeunt esse.

Et quàm dolens!

18 In questionem vellem venire felicem (de his qui adinstar florum ut caprent popularem facilem auram, varijs colorum picturis usque in certamen luxuriant. Verùm hem! *Sunt quædam tristes voluptates,* profert Stoicus Cordub. *Epist. 67.* *sunt quedam vota, quæ non gratulantium cœtu, sed adorantium, venerantiumque celebrantur.*) ut scirem, an gaudium in tot glorijs abundet plenum, vel invenisset in delicijs quandoque delictum? Si concedit, sufficit cogitatio pro supplicio: contraria sanè pronuntiabit in eculo. Si negat (quippe ita est) ubi ratio, & ubi cor? Est aliquid quò tendit? Quò molimina cogitatio dirigit? In fortunam? In aulam est. In opulentiam? Animi commotio frequens, & subita. In gloriam? Evanescit ut fumus. In superbiam? Etiam sibi fastidium. In invidiam? Dic tormentum. In delicias? Vocat pœnas. In gulam? Ad est gravedo capitis. In luxuriam? Foculus plagarum corporis. In aulam? O miser! inque dies ultra miser! Huccine rerum venimus? Aulam?

Senec.

Omnia mundi bona, mala.

Vvch.

Aula locus fortuna suos ubi lubrica ludos Ludit, & illudat, nunc hos, nunc deijcit illos. Curarii pelagus, vaga spes, via plena periculi, Splendida damna, quies irrequieta, dolor. Air Eberardus Uveihe in *Aulico Politic. n.* 20. Cuius felicitatis vulneribus mederi volens nescio quis, canit:
Cum dat oluscula Mensa minuscula Pace quietas, Ne pete grandia Lautaque prændia Lite repleta.

19 Videamus ergo quid sint aulæ bona, quamvis Principis accedat lubrica gratia. Quæ non indagavit Mardocheus pro salute regis Assueri? Præmia crebèrè sera in aula, ubi gesta præstantiora: verum hoc habet virtus, & apud regem profanum, tandem tandem adipiscitur præmium, Præse igitur subditi erga se scivit fidelitatis officia, nec

Eth. 6. 3.

Ibid. cap. 12. 5.

Monachus in aula fit invitus.

Et extorsit.

Embossimus aula.

Quicquid vocatur felicitas, omnino vanitas.

Supplicium amabilius.

nec è virtutis beneficii exivit beneficentia: sed ut exactè cognovit, gratus notitia, de Mardocheo studuit bene mereri. *Quia pro hac fide honoris ac præmij Mardocheus consecutus est?* Regi interroganti dixerunt terribili ac ministri: *Nihil omnino mercedis accepit.* Contrarium ex textu constat: etenim clara fide insidiantium confessione, *Præcepit ei rex, ut in aula palatij moraretur.* Perpende *Præcepit ei.* Objicitur viro Religioso norma, ubi opus est superioris præcepto, ut moretur in aula: igitur exactè ibi vivit, quisquis non vivit sponte.

Patec ergo Mardocheus, estò haud adequatè, dignatus. Morari in aula apud Persas maximi honoris. Consule Barn. Brissonium de *Imper. Persar.* Quo pacto munus tantæ cum accepit spectabilis dignitatis, nihil accepit omnino mercedis? Pro verè Monacho, & Religiosi instituto facilis interpretatio: quandoquidem in habitacione aulæ non accepit mercedem, sed dirum cordi eruciamen: haud blanditur aula, desideranti fastidia; quoniam nihil molestius Religioso, huiusmodi vasano atque furibundo strepitu.

20 *Nihil Mardocheus mercedis accepit,* quamvis accepit aulæ honorem, æmulatam dignitatem. In aula omnia vana, caduca, mendacia, mimica, lubrica. Utilitas personata cultu favoris, hanc larvâ generositatis, vindicta simulata obsequio, invidia gratulationis ludio, superbia arte culta & comitate, ambitio compta perfida fide, odium adoratione, miseria superfluitate, leteria oris, & commotio pectoris. Nihil verum cuncta ad speciem, & omnia ad ostentationem: apparentia lucida, sed intus vera cruciamina. *Isti quos pro felicibus aspiciis, si non quò occurrant, sed quò latent videritis, miseri sunt:* ait Seneca de *Provid.* cap. 6. Hi sunt alicui inhiantes gratiæ Principis, & imagini honoris: & à Mardocheo dum ita dignatur, nihil honoris accipitur; quoniam quicquid in mercede fulgebat honoris, nil aliud erat quàm cumulus vanitatis. Summa felicitas hæc est: Respicat cor: siquidem quam summam pingit hominum cogitatio, nihil omnino. Aptè dicere possumus:

Magna tenet quem parva iuvant. Petit alter honores, Divitias alij, prædæque sequuntur, & amplas Inter opes inopes, placidè non munere somni. Conscendant alij magnorum limina regum, Quos rota fortuna celeri vertigine raptos Evabit, & summo sublatos vertice sistit. Cumque putant manibus regū se corda tenere, Tom. III. Aut.

Sortis & immemores, cristas & convivia sumunt

Instabilis rota fortuna mox rubros eosdem Deijcit, ut damno derisi dæctus add. xv.

21 Hæc de aula: aliquando exprimam, quàm vana cætera bona. Cor nostrum pyramidis plantat, Deus constituit in pectore, cuius inlatur versus cœlum, cuius conus versus mundum: ut si constringat, aut premat, aut moveat usque in terram declinatione, aut inclinatio; dumtaxat tangat in puncto. Idest, ita sit in tellure, ut aliter nequeat esse: igitur si necesse est esse in terra, conditione humana; sit tantum, ut sit in terra: si quidem cum punctum indivisibile sit, declinat, si non fiat. Stare, dum stas in terra, ut ita sint fursus corda: etenim humana felicitas, est labilis uti humana. Faeces indulcat, & post amaritudo patet, quod dulcorat. Omnino vanitas & levitas, quæ mutatur in horas.

Cor cur instat ex ramis?

DIDASCALIA VIII.

Turpissima iactura, qua per negligentiam venit.

1 *Inquit Seneca Epist. 1.* igitur *Magna vita pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquid præmium temporis ponat? Qui diem estimet? Qui intelligat se quotidie mori? Proh dolor! Est de Monachis quæstus, & etiam planctus. Tempus est, ut incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, qualis secularium finis? Si ultus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt? Incipiat ergo de Religiosis iudicium, ut clarescat, quid sit esse religiosum. Ut, sicut canit ex Augustino S. Prosper Aquit. *Epigram. 72.* *Cedant virtuti vanarum obstacula rerum, Ne perdat voti tempora lenta fides.**

Senec.

Incuria statur in Religiosis lamen stabili.

Prosp.

Perdet, quisquis præmium temporis non ponit: igitur semper inausum intra penetralia Monachorum, inquirere non quid in hoc tempore faciendum, sed quid faciendum de tempore? Non dies æstimatur, sed teritur: vita vehitur, non agitur; & sine vita non vivitur: quandoquidem magna vite pars elabitur nihil agentibus, maior aliud agentibus, & maxima male agentibus. Bene correbant: quis fasciavit? Spiritu ceperunt, & carne consummant! Denigrata est facies eorum, qui fuerunt candidiores nive, nitidiores lacte? O fastidium tinea